



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Principia Juris Canonici : Ex Libro ... Decretalium Gregorii
IX. Pontificis M / Antehac In Alma & Archi-Episcopali
Benedictina Universitate Salisburgensi**

König, Robert

Salisburgi, 1725

VD18 80460518

Approbatio S. Facultatis Theologicæ Super Lib. I. Decretal.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61781](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61781)

APPROBATIO S. FACULTATIS THEOLOGICÆ

Super Lib. 1. Decretal.

P*incipia hæc Juris Canonici*, à Clarissimo Authore speciali studio congesta, magnòque Judiciò digesta; præterquam quod nec in Principio, nec in fine operis à solidissimis fidei Orthodoxæ Principiis, nec Canonicis SS. Pontificum statutis in ullo deflectant; etiam sunt optima Documenta, quibus Conformiter intricatæ quæstiones exactissimè, & æquissimo Jure enodantur, tanquam ad lydium lapidem probantur, & elimantur, dignissima proinde, quæ ad Christianæ Reipublicæ emolumentum typis committantur.

Ita censet

P. HONORIUS AIGNER Professus
Cremifanensis, SS. Theologiæ Doctor,
ejusdemquæ Professor Ordinarius, & p. t.
Decanus.

APPROBATIO FACULTATIS JURIDICÆ

Super Lib. 1. Decretalium.

H*æc Principia Juris Canonici*, Materias in Libro primo Decretalium comprehensas, ita competenter, solidè & ordinatè tractant, ut inde plurima scitu digna dici & dedici possint, hinc prælum & lucem publicam optimo Jure merentur. Ita censeo

Loco spectabilis Domini Decani

ANTONIUS HERMES
Jurium Doctor, Celsissimi & Reverendissimi Principis, & Archi-Episcopi Salsburgensis Consiliarius, & Pandectarum Professor Ordinarius.